

per habentibus: v. g. quando Lud. de Dieu in *animadu. & opusc. Clopp. pag. 251.* corrigens alios, corrigendum se præbet ipsum: *decumbo? inflammantur filii hominum: Cloppenb. o mea anima! in mediò leonum cubo: inflammantur filii hominum.* In ipsas literas impingunt, pluralem negligentès. Vulgatus: *dormivi conturbatus.* LXX: *ἐκοιμήθη τεταραγμένον*; quos Syrus, Arabs, atque Æthiopicus sequuntur. Melius Campensis: *dormire cogor inter furiosos.* & Coccejus: *cubo in flammantibus vel irâ succensis.*

**אדם בני אדם filios hominum:** ) sc. quod attinet. nominativus hic, verbò carens, vim habet, membri integri: exempla vidimus *Psal. X, 5, 14. XI, 4. XVIII, 31. xxxii, 10. &c.*

**שניהם dentes ipsorum:** ) (sunt quasi) *lancea & sagitta:* ) h. e. verba dentium beneficiò ab adversariis meis formata, instar ejusmodi armorum fauciant famam meam acerbissimè, periculossimè, citissimè; imò cor meum pungunt acerrimè, &c. Iterum *Dentes,* (quibus alias bestia irata solent frendere ac laniare,) metonymicè ponuntur pro sermone, dentibus aut linguâ, (ut mox sequitur,) formatò.

**הנית lancea:** ) i. e. lanceæ sunt similes. Est hîc ellipsis (כ) similitudinis, ut *Psal. XXII, 7.* ego sum vermis: *Psal. XLV, 2.* lingua mea est stylus. Confer *Psal. V, 10. XI, 1. Prov. V, 19. xxvi, 23. &c.* De linguâ gladio simili *Psal. LV, 22. LIX, 8.* Lanceæ verò comparantur dentes seu sermones hostium, quia convitiis suis nocebant præsentibus: *sagittis* autem sunt similes, quia ejaculantur delationes ac calumnias in abientes, eosdemque instar telorum, fauciant gravissimè. Ita *Hugo Carenfis ad hunc locum:* horum, ait, *dentes i. e. verba detractoria, quibus corroduunt alios, sunt arma & sagitta.* Per *ARMA* seu *LANCEAS* impugnantur propè stantes; per *SAGITTAS* impugnantur longè stantes. Et ipsi detrahunt tam propinquis, quàm remotis, tam domesticis, quàm extraneis. Huc illud *Thalassii, monachi Africanî, becatontade 3.* obtrectatricis animæ lingua *Hasta est & tricuspis;* nam & seipsam, & audientem, quandoque etiam eum, cui obloquitur, lædit. Confer *Novar. l. 3. elect. num. 430.* Piscator in eò etiam quærit similitudinem, quòd *dentes* instar hastarum ac sagittarum sint longiusculi, *lingua* autem instar gladii latior.

EXPLICATIO VERSUS VI.

**רומה eleva te vel attollere super cælos:** ) h. e. eminentiam tuam, quâ infinitò modò superior es creaturis tuis, etiam optimis amplissimisque, h. e. *calis,* palàm manifesta. Non enim motus aliquis localis, vel aliqua in Deò mutatio aut in statum altiorem translatio, sed excellentior aliqua æternæ ac infinitæ altitudinis ostensio sic circumscribitur, quæ scilicet elucescit ex tantorum hostium depressione, & ex gratiosâ ac mirabili opilionis miseri ad thronum, regium evectione, & quidem citra opem humanam, ubi David non instar aliorum perduellium insidiabatur regis vitæ, sed eum potius defendebat, &c. Atque sic etiam *Aben Esra b. l. הריארו ostende,* quòd sis altus super cælos ad salvandum me, ut conspiciat omnis terra gloriam tuam, ut loquantur (שישרו) audientes salutem tuam. Confer *Psal. XLVI, 11. CVIII, 6.*

A XIII, 3. XVIII, 47. XXI, 14. Malè autem hinc Calvinianos infringere gloriosam carnis Christi exaltationem ad dextram Dei, cum potius: *א. ג. exaltetur,* quando ejus innotescit gloria, ostendunt *Hunnus tom. 1. oper. f. 193.* *Gravverus par. 3. in August. Confess. p. 160. 259.*

**כבודך gloria tua:** ) scilicet *הרים* elevetur, vel excelsa demonstretur. Hoc namque verbum ex membrò anteriore debet repeti. Per gloriam autem Dei intelligitur gloriosa ejus fama, ex tam gloriosis ejusdem operibus in ecclesiâ evenientibus resultans, ubi de natione ad nationem, de regnò ad regnum, tam mira nova dilatantur. De gloriâ Dei *Psal. XXIX, 1. 2. 9. xxx, 13. XIX, 2.* (cæli enarrant.) *CVIII, 6. Coh. VI, 2.*

EXPLICATIO VERSUS VII.

**רשתה rete parârunt gressibus meis:** ) i. e. callide incautum me variis suis technis nituntur circumvenire ac constringere, instar ferae cujusdam sylvestris, à venatore acriter desiderata. De reti vide *Psal. ix, 16. x, 9. xxv, 15. xxxi, 5. xxxv, 7. 8. cli, 6.* itemque *DelRio t. 1. adag. 904. pag. 492.* ubi de retibus piscatoriis, venatoriis, aucupatoriis, &c.

**כפה incurvata est anima mea:** ) h. e. jamjam periculosè ab hostibus meis teneor constrictus, ut similis sim ferae, ab occultò quòdam laqueò vel tendiculâ jamjam in terram prostrata, ubi avidus jam accurrit venator eandem jugulaturus. *Vatablus:* instar meticulosæ avis contrahit se anima mea, quæ cum metuit sibi, non audet alas expandere, sed clam auffugit. Sic *Coppen.* de periphrafi trepidationis & submissionis, cum vultum præ metu non ausus fuit erigere &c. Confer *Psal. xx, 9.* ipsi *כרעו incurvati sunt,* & prociderunt &c. *Psal. xxxviii, 7.* miser factus sum, *שחיתי incurvatus sum* usque valdè. *Jud. xi, 35.* *הכרעתני incurvando incurvasti me* filia mea: *Jes. LI, 23.* incurvare, (dixerunt animæ tuæ) & transibimus, & pone tergum tuum, ut terram &c. Aliàs verbum hocce *כפה* non occurrit, nisi in infinitivò, *Jes. LVIII, 5.* *הלכה an incurvare* vel demittere caput suum.

**ינחמני incomfortatus sum:** ) h. e. incomfortatus sum, quod in verbò aliàs solet includi mœstitia, quippe contristati obstipò ac demisso solent capite incedere. *Aben Esra* addit hocce *כפה* esse *עומר* i. e. *intransitivum,* ponique masculinum, sicut *כפתי* etiam alibi construitur (*Gen. XLVI, 25.*) vel esse transitivum, q. d. *unusquisque incurvat animam meam.* Posteriori modò *Rasche:* *incurvavit hostis.* item *Coccejus.* *Lutherus:* *sie drücken meine Seele nieder.* *Junius:* *curvaverunt animam meam.* placet tamen prior, tanquam commodior; quomodo *Belgæ:* *meine Seele war niedergebückt.*

**נפשתי anima mea:** ) h. e. ego miser animam vix trahens. confer *vers. 5.* *Campensis:* *tantum non irretitus fui illo.*

**כרו foderunt ante me foveam:** ) iterum metaphora è re petitur venatoriâ, ubi lupis urisque occultæ solent parari foveæ, superiusque fœnò vel gramine insterni, &c. Vide *Psal. vii, 16. CXIX, 85. Jer. XVIII, 20. 22. Prov. XXVI, 27.* De verbo *כרו* fodit consule *Psal. XL, 7.*

**אנתי ante me:** ) i. e. insidiam mihi structam non pro-

957  
 procul à me, dicitur, sed prope: eas quæ dicitur mihi forec  
 יצא incidere  
 est exoptabile il  
 tum epiphonem  
 et consilium  
 modi eventus  
 de Prov. XXVI  
 EXPLIC  
 כבד paratum  
 plene affirmata  
 abdicantandas  
 accedunt. U  
 filiarum alicuj  
 כבד parare, L  
 XXXVIII, 18. LI,  
 hoc propositio, p  
 constantiam anit  
 declarandam;  
 manserere mei:  
 animò loquor,  
 potum est &c. R  
 am in exercitiò j  
 quod ipsum tam  
 est. NB. Versus  
 se verbis sub ini  
 וישירי cant  
 an ut decantem  
 membra, evident  
 curat verò duo  
 vus, & וישירי psalle  
 turum varietate  
 EXPLICA  
 וישירי evigila  
 16. compellave  
 tum exauditione  
 compellat etiam  
 capitulato h  
 apponitur au  
 tunc negligen  
 sumus ad re  
 bello. XLIV, 24  
 mach ipsâ voc  
 tum molentiam  
 וישירי עירי  
 כבוד gloria  
 honoratus, vel lit  
 plurimam  
 gloriosum me  
 quæ Deum  
 כבוד cet  
 illat tibi כבוד &  
 curum est cor m  
 gloria mea: evigil  
 17, 9. exultabit  
 18. 11, 26. ex  
 am arripit Gla  
 plac. in paraph.  
 cur, exponunt  
 tanquam mu  
 gloriam i. Sa  
 quæ locis alieni  
 וישירי nablium  
 18. XXXIII, 2, R